

tia: sed illa non sunt amplius, concedo, sufficit tamen, quod præcesserint, ut materia dicatur determinata ad hanc potius formam, quam ad aliam v. g. debet introduci forma ignis in ligno, calor ignis calefacit lignum, illudque exsiccat, donec expellatur forma ligni de materia ligni: statim autem, & immediate discedunt illa accidentia, calor scilicet, & siccitas ad discessum formæ ligni. Deinde immediate ubi forma ignis ingreditur materiam ligni, adducit secum novam siccitatem, nouumque calorem.

Ad tertium. Ad tertium responde accidentia vel educi de toto composito, vel de materia, recipi tamen in toto composito: sicut licet potentia sensitiva producatur ex anima sensitiva, recipitur tamen in toto composito, ideoque destruccióne compo-
sito destruitur.

Ad quartum. Ad quartum responde aliam esse mutationem per se, quæ fit per contrarias qualitates, & aliam mutationem per accidens: in symbolis ergo elementis fit mutatio unius qualitatis per accidens tantum, & non per se, v. g. dum aer converitur in ignem, est humidus, & calidus se-
cundum communem opinionem, tunc caliditas aëris mutatur per accidens: at eius humiditas, quæ est contraria siccitati ignis, mutatur per se, nempe per actionem sui contrarij.

Ad quintum. Ad quintum responde, quod licet genera-
tio dicatur accidens, quia est quid incomple-
tum, & quidam fluxus, ac via, propriè tamen lo-
quendo non sit forma accidentalis, sed via ad
formam substantialiem, & est eius fieri præsumptus
ideò in materia recipitur, quam forma; non tam-
en ex hoc sequitur, quod alia accidentia, quæ
sunt propria forma, habentque esse completum
accidentale, in ea recipientur, aut permaneant,
dum corruptitur compositum; quia nec sunt
via ad substantialiam, nec eius fieri. Respondent
alii generationem recipi in materia nuda, non
nuditatem accidentium, sed nuditatem formæ sub-
stantialis.

Ad sextum. Ad sextum concedes materiam in aliquo
instanti naturæ remanere ab aliâ villa formâ, &
dum dicis, ergo materia existaret sine formâ, ex-
istet in aliquo instanti naturæ, concedo: in ali-
quo instanti temporis, nego; nullum autem est
inconveniens, quod remaneat denudata omni
formâ substantiali, & accidentalî in aliquo in-
stanti naturæ.

Ad septimum. Ad septimum dices desperdi in eodem in-
stanti temporis, quo alia forma introducitur, ta-
men forma discedit in priori naturæ, quam in-
troducatur alia; illa enim forma substantialis, &
illa accidentia corrupti desinunt per primum sui
non esse, si forma substantialis geniti incipiat per
primum sui esse.

Ad octauum. Ad octauum neganda maior, loquendo de
formis accidentalibus, concede verò de substantiali.
Ratio est, quia agens tantummodo inten-
dit per se introducere formam substantialiem, per
accidens verò formas accidentales; nec ex hoc
sequitur frustra esse introducitas, debet enim dis-
posuerunt materiam ad tales formam recipien-
dam potius, quam ad aliam. Deinde cum qua-
ritur, à quonam destruantur? dico ad destru-
ctionem sui subiecti, scilicet compositi, quod
corruptitur, introducuntur verò aliae accidentes.

tales post introductionem formæ substantialis,
höcque per modum sequelæ, & consequenter.

Ad nonum. Ad nonum dices non esse inconveniens, quod terminus à quo, & terminus ad quem solo numero differant, imò hoc accidit de facto in
moto augmentationis, in quo eadem specie
quantitas est terminus à quo, & terminus ad
quem quantitas acquirendæ.

Ad decimum. Ad decimum respondebis quantitatem edu-
ci de aliquo indivisiibili in actu, indivisiibili tamen
in potentia, per suum autem aduentum ipsa
quantitas reddit suum subiectum indivisiibile actu:
quare siue educatur de potentia materia, siue de
potentia compositi, extendet actualiter & ipsam
materiam, & ipsum compositum; unde dum di-
citur: nullum indivisiibile potest educi de aliquo
indivisiibili, nec in eo subiectari, concede de ali-
quo omnino indivisiibili, id est quod actu, & po-
tentia est indivisiibile: at nec materia prima, nec
composita Physica de se sunt huiusmodi, sed
sunt de se indivisiibilia, sicutem in potentia.

Ad undecimum. Ad undecimum concede accidentia illa dis-
cedere in eodem instanti temporis, quo deperit
forma substantialis, disponunt enim materiam
ad receptionem alterius formæ, in quam sic dis-
positam ab agente immittitur in genere causæ
efficientis alia forma substantialis, quæ alia ex-
pellit præiacentem in genere causæ formalis: vn-
de dum dicitur: Accidentia expellunt formam,
dum sunt, non verò dum non sunt, Responde
verè expellere, dum sunt in genere causæ mate-
rialis, seu disponentis materiam, & dum sit in
instantia, quando discedit forma substantialis, non
amplius sunt, ergo quomodo expelletur ab eo,
quod non est? Responde non expelli in genere
causæ formalis, nec efficientis: at vt dicatur ex-
pellere in genere causa materialis, & dispositiæ
sufficit, quod fuerint, & disposerint materiam
ad novam formam, licet ad expulsionem forma-
lem, & efficientem requiratur, vt expellens sit,
dum ab eo expellitur aliud.

Ad duodecimum. Ad duodecimum dic omne, quod genera-
tur, generari ex fusi contrario, non tanquam ex
termino ex quo, sed tanquam ex termino à quo:
caliditas illa aëris generatur ex caliditate ignis,
tanquam ex quo, sunt enim eiusdem speciei. Aut
dic ad maiorem: Quod generatur primario, &
per se, concedo: Quod generatur concomitan-
ter, nego: accidentia autem formæ genitæ pro-
ducuntur concomitanter, & per modum seque-
læ ad formam substantialiem.

Ad decimum tertium. Ad decimum tertium concede maiorem de
accidente, quod per se producitur, nega de eo,
quod producitur ad productionem subiecti, &
per modum sequelæ, quo pacte producitur acci-
dens. Recenter genito, scilicet ad produc-
tionem formæ genitæ, cum enim illud accidens na-
turaliter debeatur illi formæ, vt puta calor igni,
necessus est, vt ad generationem illius formæ pro-
ducatur quoque tale accidens.

Ad decimum quartum. Ad decimum quartum concede maiorem de
corruptione, aut per se, aut per accidens, seu ra-
tione subiecti: sed ad minorem dic in illo casu
esse corruptens per accidens, scilicet destruc-
tionem subiecti, quod erat forma rei corruptæ,
aut totum compositum. Alij dicunt, quod hu-
miditas coniuncta frigiditatæ, qualis est humidæ.